



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomniae, siue Noctes  
Ivniae Entheae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1436**

LXXXIII. Ad Paulum Hartingium Mariaemontium.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6**

IN S Q M N I E.

A Sinatura dedit necessitatē  
Corpus: fert animum sub astra virtus  
et Immortalis, et hunc beat beata:  
Ne cum corpore vel senescat vñquam,  
Aut ne deficiat malo sub æuo.  
Cum virtute superstes ille quippe  
Semper euolat ad pios penates:  
Missus vnde fuit: beata rursus  
Cæli templa habitabilis receptans.  
Sic non omnia finit, H E S S E, lethum:  
Mens est nescia mortis, atque virtus.

LXXXII.

E Græco.

Vita quid est? iocus, et ludus: vel disce iocando  
Ludere securus, vel cruciare dolens.

LXXXIII.

Georgij Lochneri, Morio-  
nis Palatini Tumulus.

Vita jocus, ludusque: jocari, et ludere quando  
Nolo magis: morti me quoque vita dedit.

LXXXIV.

Ad Paulum Hartingum  
Mariæmontium.

C 5 Mors

N. REVSNERI

Mors sensus, sopor est: mors est nox atra die.  
Si sopor, et nox si grata subinde venit:  
Cur mors non optanda magis, quam, PAVL:  
(timenda)

Nam sopor, et nox, mors vtraq; parua, j*huius*  
LXXXV.

Ad Adamum Siberū V. CL

Quotidiè moritur, mundo qui viuit. ADAM:  
Nam vita non hæc vita, sed mors est magi.  
Qui mundo moritur, vitalem viuere cœptat  
Vitam: semelque mortuus, cessat mori.  
O quantum ergo boni fuerit, non viuere mundi.  
Sed quò mori cesses, semel mundo mori.

LXXXVI.

Caroli Vtenhouii aui, &  
Patris Epitaphium.

Ad Carolum Filium.

Oὐδὲμι, σὺ μεμέφης, δὲ Βίος. Τι δὲ Κάρολος  
Ζῶν, ὃν ἀπόλλυται δὲ Οὐτενώβιος,  
σὸς γαρ πάππος, ὅμως τε πατέρος Κάρολος  
(τεθνεός)

δίω τούτῳ Ζῶν οὖτ' ὃν ἀπόλλυτο.  
Ζῆθοις ἐντὸς ἀμφω λιδαχῆστ, ἀρετῆσ τε λιπο  
Ζῶν τυπόμενος Κάρολος Οὐτενώβιος.  
ID EST.